

Dans ce couvent le prévôt réformé, Barthélémy Jakobi se vit contraint à céder le 19 juillet 1628 le monastère de Ste-Marie de Magdebourg au prévôt catholique, Martin Stricker.

Une première visite fut ordonnée, de la part du Landesherr, de 1561 à 1562. Les visiteurs y parlent dans leur protocole de la bibliothèque de Gnottesgnaden, du prévôt Werner, et donnent l'inventaire des objets de valeur appartenant à cette abbaye. Vient un peu plus tard la visite de Ste-Marie. Ce monastère possède une bibliothèque relativement riche; il y un prévôt et quatre chanoines; en tout, le personnel de Ste-Marie comporte 33 personnes (en 1562). Dans les rapports des visites ultérieures surtout le monastère de Ste-Marie est cité; ainsi nous y trouvons une mention de Ste-Marie en 1572; 1573; en 1577 (la pratique religieuse de chaque membre de la communauté est notée); en 1577, un nouveau membre est entré au monastère: « Adamus, ein jonger munch, welcher neulich aus Westfalen komen, ist ein verstockter papist, erkleret sich, wan es nicht anders kan, wolte er die wege, den er herkommen, wol wider finden » (p. 92). Encore une fois, en 1594, on note quelle est la religion pratiquée par les personnes du même monastère. — Particulièrement intéressante est l'instruction communiquée aux visiteurs du côté du Landesherr. Doivent être recherchés et notés le nombre et les noms de tous les religieux et du personnel des monastères; leurs opinions religieuses; leurs revenus, leurs possessions (pp. 107-111). Dans les Actes de la visite des années 1650-1651, nous constatons que Johannes Windhausen est prévôt à Ste-Marie de Magdebourg. Ce prévôt, dit-on, est catholique de religion (p. 120).

Notons, pour terminer, qu'un Namen- und Sachregister (pp. 137-156) rend la consultation du livre très facile.

J. B. VALVEKENS, O. Praem.

W. EDYVEAN, *Anselm of Havelberg and the Theology of History*. Roma, 1972, 88 p.

In hisce Commentariis *Anal. Praem.*, pluries iam actum fuit de Anselmo Havelbergensi, et quidem ope publicationum quae vere praeclarae dici possunt ac debent. Cfr. VAN LEE, in *Anal. Praem.*, 1958, XIV, pp. 5-35; G. SCHREIBER, in *Anal. Praem.*, 1942, XVIII, pp. 5-90; K. FINA in *Anal. Praem.*, 1956-1958, XXXII-XXXIV. Bibliographia relate ad hunc Anselmum praebetur a K. Fina, l.c., 1956, XXXII, pp. 69-74. W. EDYVEAN, pro obtinenda Laurea in s. Theologia apud Universitatem Gregorianam, Romae, dissertationem confecit. In qua dissertatione prae oculis habet Anselmum Havelbergensem; et quidem in quantum in ipsius scriptis adest theologia historiae, uti aiunt. Excerptum e dissertatione illa, et quidem sub eodem titulo, edidit. Caput quartum dissertationis editur. Praemissa

introductione generali, in qua conspectus traditur integrae dissertationis. Additur insuper (pp. 75-88), bibliographia. Sistendo in hac bibliographia, referre licet hic indicari nonnullas expositiones de persona aut de doctrina Anselmi hucusque generatim ignotas. Quas libenter indicamus: L. BARMAN, *Reform Theology in the Dialogi of Anselm of Havelberg*, in *Church History*, 1961, XXX, pp. 379-395; J. HENEGHAN, *The Progress of Dogma according to Anselm of Havelberg*, New York, 1943.

Notum est theologiam historiae saeculo duodecimo a pluribus auctoribus fuisse libenter consideratam. Quaestio ponebatur tum relate ad eventus occurrentes in historia Ecclesiae, et quae sub respectu accidentali non paucas immutationes in vita Ecclesiae manifestare solebant; tum relate ad doctrinas quae ab et in Ecclesia proferri aut determinari solent, et quae nostris temporibus proponi solent sub termino: evolutio dogmatis; nempe an et quo sensu talis evolutio admitti possit et forsitan debeat. Eo quod talis quaestio non parum momenti gaudet pro vita Ecclesiae Christi, summopere utile ac instructivum est inquirere et proponere ea quae ab auctoribus praeclaris de tali materia exposita fuerunt. Ad hoc ut vera et recta notio et contentum « Traditionis » Ecclesiae retineri ac vindicari possit. W. Edyvean, lector in Saint John's Seminary, Brighton, thema tractatum positive consideravit et tractavit. Eo quod in hac editione solummodo pars totius tractationis editur, supponit quodammodo opera Anselmi Havelbergensis, eorumque contentum, nota et perspecta esse. His suppositis atque prae oculis habitis, doctrina Anselmi clare exponitur. Potissimum in quantum historia Ecclesiae ab ipso in varias periodos divisa ostenditur, recta ac inspirata a Spiritu Sancto. Quamvis Anselmus videatur, per magnam partem, ideas ac positiones sequi praeclari Hugonis a S. Victore, synthesis ab Anselmo opus personaliter vere elaboratum constituit. Tali modo W. Edyvean thema dissertationis suae doctoralis exponendo, bene scripsit de Anselmo Havelbergensi. Addi potest, quod iam antea in *Anal. Praem.*, annotatum fuit, Anselmum, iuxta inquisitiones factas ab auctore huius dissertationis, mortuum esse, non in civitate Ravennensi, uti generatim asseritur, sed in castris imperatoris Frederici Barbarossae, non longe a civitate Mediolanensi; et quidem die 12 augusti 1158. — E bibliographia ab Edyvean prolata, haec annotare placet: W. BERGES, *Anselm von Havelberg in der Geistesgeschichte des 12. Jahrhunderts*, in *Jahrbuch für die Geschichte Mittel- und Ostdeutschlands*, 1956, V, pp. 39-57; H. FINKE, *Die Lehre Anselms von Havelberg über den Ausgang des Heiligen Geistes in seinen Unionsgesprächen mit den Griechen*. (dissertatio pro Laurea apud Univ. Gregorianam, Romae, nondum publici iuris facta).

J. B. VALVEKENS, O. Praem.